## SIMULAZIONE CERTIFICAZIONE DI LATINO LIVELLO A1

## Achille travestito da donna

Thetis Nereis, cum sciret Achillem filium suum quem ex peleo habuerat, si ad Troiam properavisset, periturum esse, commendavit eum in insula Scyro ad Lycomedem regem, qui illum inter virgines filias,habitu feminino, servavit postquam ei nomen mutaverant: nam virgines Pyrram nominaverunt, quoniam capillis flavis fuit et Graece rufum " pyrrhon" dicitur. Achivi autem, cum recivissent ibi eum occultari, ad regem Lycomedem oratores miserunt qui rogarent ut eum adiutorium Danais mitteret. Rex, cum negaret eum apud se esse, potestatem eis fecit ut in regia quaererent. Cum eum recognoscere non possent, Ulixes in vestibulo munera feminea posuit, in quibus clipeum et hastam, et subito tubicinem iussit canere armorumque crepitum et clamorem tolli. Achilles cum ibi hostem esse putaret, vestem muliebrem dilaniavit atque clipeum et hastam arripuit. Ex hoc est cognitus suasque operas Argivis promisit et milites Myrmidones.

### Analisi morfo-sintattica

- Individua le proposizioni infinitive e indicane il rapporto temporale rispetto alla proposizione reggente.
- Sottolinea gli accusativi che svolgono la funzione di soggetto delle preposizioni infinitive.
- *Cum sciret* di che costrutto si tratta? Trovane altri simili nel testo e sottolineali.
- Individua la funzione logica delle seguenti espressioni : *ex peleo (r1) capillis flavis (r.4) adiutorium ( r.6); Danais (r.6)*
- *Postquam* quale subordinata introduce?
- *Qui (r.2)*di che pronome si tratta? Indicane il caso, il genere e il numero.
- *Si properavisset ( r. 1)* che tipo di proposizione è?

### Comprensione

**TRADUCI IL TESTO PROPOSTO**